



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De legatis præstandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

modicæ quantitatis legatum; quod ita planè expressit, vt episcopo ex eo quarta portio debeatur, & in huius quartæ portionis compensationem, Episcopo testator legauit certam quantitatem, qua contentus esset: isthac quidem fraus non impedit, quin Episcopus possit quartam integram è reliquis legatis petere. Ioan. Andr. Ant. & Imol. hic, col. 6.

¶ Vltimò, hic est inquirendum, an debeatur Episcopo quarta canonica portio ex his, quæ legantur fraternitatibus, quæ congregatione quandam prætextu pietatis præ se ferunt. Et quibusdà placet nõ deberi Episcopo ex his legatis quartam portionem: non enim fiunt hæc legata locis pijs, sed personis, c. seq. & alijs rationibus, quas congerit Abb. hoc approbans, conf. 3. i. vol. 1. Feder. conf. 129. Bald. in l. si quis ad declinand. §. in omnibus. C. de episc. & cleric. num. 19. Imol. & Abb. hic. Lauren. Calc. conf. 21. col. 2. quibus refragatur, quod vt canonica hæc portio debeatur, est satis pia esse legata. c. vi. & c. seq. isto tit. Hæc verò legata pietatis causa fiunt, vt constat: igitur ex eis quarta debebitur: quod Calder. sentit conf. 25. huius tit. Nec etiam negari iure potest, pias has fraternitates, collegium pietatis causa constituere, ex his, quæ notantur in l. 1. C. de sacrosan. eccles. & in l. 1. ff. de colleg. illic. Vnde quartam hanc Episcopo deberi asserunt hic Anchar. & Barb. num. 7. Petr. Perul. in tract. de quarta. canon. episc. 14. q. princ. late hanc dubitationem expendens: Eandem opinionem sequitur Barb. conf. 1. vol. 4. vbi num. 8. post diligentem disputationem hanc esse communem profitetur, cui & ipse libenter subscribo. Sed & de hac quæstione multa tradit diligenter post tertiam huius operis editionem Iacob. Menoch. in 15. remedio recuperanda possessio. quest. 5. Hic verò illud obiter adnotandum est, auctore Budæo in tit. de offi. questor. 4. col. has quas vulgo dicimus fraternitates, ex eo denominari, quod Phratræ apud Aristotel. in Politicis dicantur hominum contentus, propria sibi sacra peculiariaque habentium. Hi enim homines communi puteo utebantur, quod Græcè dicitur *φρατρία*: his accedit, quod *φρατρία* apud Græcos dicitur *conspiratio, coniuratio*, sicuti tradit tex. in c. coniurationum. 1. q. 1. viturque hac dictione Socrates Græcus auctor lib. 6. histor. eccles. c. 4. dum meminit coniurationis cuiusdã aduersus Ioan. Chrysofomũ. Sed & auctore Dionysio Halicarnasseo lib. 2. apud Athenienses *φρατρία* dicebantur, quæ à Romanis Curia, in quas à Romulo populus fuit diuisus. Ex Homeri autem interprete Iliad. 9. *φρατρία* proprie dicebatur tertia pars tribus. Ego quidem non damno diligentem hanc nominis & vocis, deductionem: opinor tamen in Christiana religione eos qui primùm has pias congregationes constituerunt, ad profanam hanc consuetudinem minimè aduertisse: imò potius dici confraternitates existimo ex eo, quòd à Cypriano, Hieronymo, Ambrosio, ac Tertulliano, fraternitas pro Christianorum collegio accipitur, sicuti Rhenanus adnotauit ex Tertulliano in libro de velandis virginibus, & ex libro ad martyres. De collegijs autem, quæ illicita quandoque in Reipubl. censentur, & quandoque permittuntur, legito Balduinum in leg. 6. duodecim tabularum, post Iuriconsultos. in Rub. de collegijs illicitis.

EX CAPITE REQUISISTI.

SUMMARIÀ.

- 1 Nominis proprii ab appellatiuo distinctio, vt actus realis vel personalis iudicetur, cessat omnino ex coniecturis, quibus alius deprehendi potest.
- 2 Iuramentum præstitum alicui an transeat ad successores iurantis, vel eius cui præstat. & num. 4.
- 3 Vassallus iuramentum fidelitatis nouo domino reuocare tenetur.
- 4 Legatum uxori relictum, illi tantum debetur, quæ uxor erat tempore testamenti.
- 5 Legatum Augusto vel Augusto quoad effectum valde differt. & ibidem intellectus l. quod principi. ff. de legat. 2.
- 7 In Ecclesie re gatum, Ecclesie nomine gestum videtur.
- 8 Compromissum à prelato factum, an transeat ad successorem.
- 9 Expenarum taxatio à iudice reseruata, ab eius successore fieri potest.
- 10 Promittens vel iurans obedire iudici ipsius nomine proprio expresso, tenetur ex promissione successoris obtemperare.
- 11 Legatum sacerdoti parociali cui relictum videatur.
- 12 Legatum prelato relictum an Ecclesie relictum videatur.
- 13 Amicitia consanguinitati comparatur.
- 14 Legatum Episcopo, ab extraneo, censetur Ecclesie relictum, & inibi huius capitis intellectus.
- 15 Donatum militi consanguineo, cui donatum intelligatur.
- 16 An distinctio huius tex. procedat in donatione inter viuos facta.
- 17 Consanguinitas ad quatuor gradum consideranda.
- 18 Legatum canonis relictum, collatum, an acquiratur, non tenetur.
- 19 Legatum collegio canonis relictum, an acquiratur, non tenetur.

TRADAT in hoc capite Innocentius III, an legatum relictum Episcopo censetur relictum prætextu Ecclesie & dignitatis, an ratione personæ ipsius Episcopi, vt subinde constet, cui competat hoc legatum, Ecclesie an Episcopi heredibus. Et quamuis ad cognitionem huius & similitum quæstionum soleat tradi distinctio illa nominis proprii & appellatiui: siquidem actus conceptus expresso nomine proprio, ipsi personæ tributur: ille verò qui gestus sit expresso nomine appellatiuo & dignitatis, ipsi quidem dignitati competit. tex. celebris in c. quoniam Abb. de offi. deleg. & ibi Doct. l. si seruus communis. ff. de stipul. seru. Alex. per tex. ibi in l. 3. §. filius. 2. col. ff. de lib. & posthu. Bald. in l. 1. q. 2. C. de liber. præter. Pau. in l. si primo. ff. de lib. & posthu. ad finem. Bald. in præmio. ff. col. 2. Prius tamen quam hanc regulam attendamus, oportet coniecturas qualibet perpendere, ex quibus vel erit dispositio iudicanda realis vel personalis: quod probat elegans tex. adnotante Panor. Nam & si in legato expressum sit nomen Episcopalis dignitatis, censetur prætextu personæ relictum, quando testator esset consanguineus Episcopi: notant Abb. Felin. & Dec. in d. cap. quoniam Abbas. Alc. expressius reg. 1. de præsump. 28. præsum. pulchre Soc. conf. 34. lib. 3. col. 2. ad idem text. sing. & ibi Bart. in l. pen. ff. de reb. dub. cui conuenit Regia l. 25. tit. 5. part. 5. dicit illum tex. sing. Pau. Castr. ibi & Bal. in d. c. quoniam Abbas. vnde licet plurima deducere, quo regula ista rectius intelligatur.

¶ Primum hinc constat ratio glo. in c. si. ad fin. hoc tit. in 6. vbi in nominatione executoris testamentarij, expresso nomine dignitatis facta, sunt attendendæ coniecturæ, ex quibus deprehendi possit, executionem testamenti commissam esse personæ potius quàm dignitati, quam gl. præter Doct. ibi dixit sing. Iaf. in §. 1. Inst. de stip. seru. in add. ad Portium. & not. Abb. in conf. 93. vol. 2. idem Abb. in l. c. quoniam Abbas. col. 3. vbi Fel. & Dec. idem asserunt: idem Dec. in c. ex parte. col. 1. de consit.

¶ Secundò apparet, iuramentum præstitum alicui expresso nomine proprio, in re tamen ad dignitatem pertinenti, ad successore dignitatis tranfire: quod probatur ex præcedentibus & ex his quæ statim subijciam, maxime ex c. veritatis, de iureiur. vbi cauetur iuramentum præstitum in re, quæ ad dignitatem attinet, habenti illam dignitatem, vires etiam habere respectu illius & successorum in eadem dignitatem: qua in re, ni fallor, errat gl. ibi communiter, recepta, secundum Imo. dicens esse necessarium in iuramento fieri mentionem successorum, vt illud iuramentum transeat in successores illius, cui præstat. Eodem pacto errant Ant. Card. Abb. & Dd. in d. c. veritatis. exigentes ipsius saltem dignitatis expressam mentionem, vt iuramentum extendatur, aut potius deducatur ad successores in dignitatem. Quibus ego non assentior, quippe qui ex hoc canone videã frequentissime colligi, actum aliquem ex coniecturis deprehendi, ad dignitatem pertinere. At quæ maior huiusce rei coniectura esse poterit, quàm quod actus ipse fiat prætextu rei ad dignitatem pertinentis? Vnde repetitio iuramenti quoad successorem necessaria nõ est: quia adhuc qui iurauit & viuit, iuramenti religione adstringitur, tamen non inficiet, iuramentum ratione feudi teneri renouari in uestituram à nono domino, & recognoscere se eius feudatarium esse. c. longinquitate. 12. q. 2. c. 1. §. præterea de prob. seu. al. per. Fred. notant Bal. Henr. & Card. in d. c. veritatis. Hinc etiam falsum est, iuramentum ex parte eius cui præstatur, personale esse: licet id asserant Bald. Fulg. & Rom. in l. sed si hæc. ff. de in ius. voc. quibus accedit, & si dubijs, maxime Curt. Iun. in l. si quis maior. nu. 25. C. de tran. act.

¶ Tertio, ex his probatur, iuramentum præstitum ab aliquo præstitum, ipsius præstantis hæredem aut successore minimè ad periurium obligare, etiam si contractus, in quo præstat, ad hæredes vel successores pertineat. Non enim patitur iuramenti religio, quæ animam adstringit, vt iurante egrediatur ipsius iuramenti vinculum. Abb. & Doct. in d. c. veritatis. Io. Andr. in c. si de sepul. Bald. & Pau. in l. grege legato. ff. de leg. 1. Bal. in l. si. C. de pact. col. 4. Bar. & Bal. in l. generaliter. C. de reb. cred. Thom. & Carc. 2. q. 98. art. 2. Alc. in c. cum contingat. de iureiur. n. 120. & Glan. in l. 18. licet ipse hæres ex illo teneatur, actus is à iurame

SVMARIA.

- 1 Legitima institutio titulo liberis relinquenda. & nu. 32.
- 2 Filius suus prateritus, etiam inserta prateritionis causa, habet ius dicendi nullum testamentum patris.
- 3 Praterire filium inserta causa idem est quod exheredare, neque id praterire dici potest, cum praterire est silentio transire, quod causa inserta non fit. & ibid. intellectus l. 3. C. de liber. praterit.
- 4 Filius emancipatus causa inserta prateritus non dicit nullum testamentum patris, sed habet contra id bonorum possessionem contratabulas.
- 5 Filius emancipatus prateritus nulla inserta causa habet ius dicendi nullum testamentum patris.
- 6 Emancipationis & sui iuris differentia, an hodie duret facta testamenti.
- 7 Filius exheredatus nulla causa inserta an habeat ius dicendi nullum testamentum patris, an vero illud querelare possit? Ego petitionem hereditatis instituendam existimo. Broderodius.
- 8 Ingratidinis causa non refellit filium a successione patris intestati, & ibi quid de fratre.
- 9 Donatio non reuocatur ab herede ob ingratitude donatarij.
- 10 Frater ingratus dicitur, qui fratrem suis bonis spoliarie tentat.
- 11 Filio praterito inserta causa prateritionis, si causa probetur, vires recipit testamentum.
- 12 Ingratidinis cause a quo expressse.
- 13 Filius an possit patriam defendens, patri violentas manus inferre.
- 14 Filius uxorem patris percussions an possit exheredari.
- 15 Filius patrem accusans publico iudicio exheredari potest.
- 16 Filius veneficus exheredari potest, & qui dicitur venefici.
- 17 Infideliari parentum vita usquam prater exheredationis causam.
- 18 Filius accedens carnaliter ad uxorem aut patris concubinam, exheredari iuste potest.
- 19 Si delatio a filio facta patri graue damnum obuenerit.
- 20 Si testari patrem filius prohiberi.
- 21 Filia meretricis a patre exheredari potest.
- 22 Mater meretricis exheredare filium non potest.
- 23 Filius exheredari potest ex alius causis, que similes sint expressis in iure.
- 24 Exheredatio iusta causa facta an tollatur ex amicitia postmodum inter partem & filium contracta.
- 25 Ingratitudo an remittatur penitentia filij.
- 26 Penitentia criminis tantum in foro anime operatur delicti remissionem, non autem tollit exterioris iudicij poenam.
- 27 Punio criminis mixti fori facta ab ecclesiastico iudice, non impedit punitionem iudicij secularis.
- 28 Ingratitudo an sit remissa Religionis professione.
- 29 Filia matrimonium contrahens sine consensu patris an exheredari possit? & ibidem intellectus ad l. Regiam Tauri 49.
- 30 Parentes exheredari possunt a filijs ex iusta causa.
- 31 Abdicatio quid sit.
- 32 Successionis differentia sublata inter mares & feminas, & ratio.
- 33 Primogenitorum bona quibus nominibus a Gracis nuncupata.
- 34 Vocatio legis capta, & ibi desensus aliquantulum Theophilus ab Alciac censura.
- 35 Femina an iuste excludatur a successione parentum, in regni, atq; primogenij: & ibi de l. Salica.
- 37 Mares feminis preferuntur, & ibi de illorum dignitate.

CAPVT XVI.

De exheredatione & prateritione liberorum.

Non diffiteor, candide Lector, huius constitutionis intellectum ita passim apud iuris ciuili interpretres tractari, vt nos ter labor minimè necessaria quibusdam videri possit: & id maximè, postquam strenuo conatu summaque diligencia Gulielmus Benedictus, multa lectionis ac in praxi peritissimus vir, hoc munus assumpsit. Verum, enimvero cum multa sint, que adhuc dubia censeantur, vel saltem compendio & summa indigeant, non potuimus huius responsi interpretationem omittire, in qua illud conabimur efficere, vt que sese obtulerint, ad certum, vel ex aliorum vtriusque iuris Doctorum placitis, iudicium & examen ducantur, sic sanè fiet non omnino inutilis nostra hæc capitis celebratissimi relectio.

Primum, Raynutij testamento illud opponitur, quod filias proprias hæredes testamento nõ instituerit. Iure etenim ciuili legitima portio filijs debetur in bonis parentum, & est eis titulo institutionis relinquenda, vt probat Nouella Iustiniani. l. 15. in auth. vt cum de appell. cog. §. illud quoq; capitulum, collat. 8. glosf. Communiter recepta in auth. nouissima. C. de inoffic. testam. vbi omnes in hanc sententiam conuenire testatur. l. col. 4. siquidem filius suus, aut est instituendus, aut exheredandus, in princip. Institut. de exhered. liber. d. filiusfamilias. ff. de libe. & post. l. 1. maximè virum C. de liber. praterit. Quod si filius suus prateritus sit, habet ius dicendi nullum testamentum patris. l. inter cetera. ff. de lib. & post. l. 1. & l. filio praterito egr. in iust. rup. Regia l. 1. tit. 8. part. 6. etiam si prateritus sit, in d. c. vta prateritionis causa. Bartol. in auth. ex causa. nu. 1. legato. ff. de dic. de lib. prater. glosf. in auth. de hered. & Falci. §. exhered. l. i. C. de verbo voluit. quæ singula sunt secundum Alex. in auth. n. 8. & eundem in liber. prater. col. 4. & l. 1. in auth. ex causa. n. 8. & eundem in tene. in auth. in partem vtrouique hanc esse

¶ Gloss. in verbo secus, quærit, quare ex legato Ecclesiæ relicto quarta portio Episcopo debetur: at ex legato contemplatione personæ Episcopo relicto nõ debetur quarta portio Ecclesiæ: qua in re vltima ratio gl. melior est, secundum Abb. col. pen. & idem sentiunt alij Doctores.

¶ Gloss. in verb. nec est, intellexit text. in legato dicens etiam ab extraneo facta non debeat censerī facta contemplatione Ecclesiæ, sed personæ. Et licet hic sit sensus gloss. ipse tamen Bernard. ineptè mouit quæstionem, quippe qui præmittit magnam amicitiam inter testantem & Episcopum, ac demum dicat aliud esse in legato, quàm in donatione, cum præmissa amicitia idem sit in legato, quod in donatione, vt animaduertit Abbas col. fin. quoniam nec est vera gloss. in principali opinione per text. hic ibi, donatur: & ideo contrarium probant Hostiens. Ioan. And. Imol. nu. 33. & Barbat. num. 21. quibus suffragatur c. sancimus. l. 2. quæst. 2. Eadem verò gloss. dum opponit contra hunc text. c. sancimus & alia iura. est intelligenda, vt dicta iura procedat in dubio, cessantibus argumentis, & coniecturis, ex quibus possit diceretur præsumi, secundum Abb. & Communem.

¶ Gloss. in verb. a. propinquus, dicit quo ad decisionem huius cap. consanguinitatem ad quartum vsque gradum considerandam, cuius opinio Communis est, vt asserunt Imol. hic. nu. 38. & Petrus Perusi. in tracta. de quarta canon. episcop. c. 4. q. 3. idem notat gloss. in c. 12. q. 3. & in auth. licentiam, per text. ibi. C. de episcopis & clericis. Quis autem non videt, si res ita ex coniecturis tractanda est, latius esse hoc arbitrio iudicis relinquere; Anton. & Barb. hic. num. 24. Sed an ecclesiæ an prelati hæredibus incumbat probatio affectionis, consanguinitatis, & contrariæ qualitatis, tractat Alciac. in d. præsumpt. 28. n. 7.

¶ Que verò portio ex his legatis que Ecclesiæ relinquuntur, aut rursus prelato gratiæ Ecclesiæ, competat Episcopo & Ecclesiæ, dubium est: sed tamen hæc bona sicuti aliæ res Ecclesiæ diuidenda sunt. d. c. sancimus. Abb. hic col. fin.

¶ Gloss. verba quarta. probat presbyterum alicuius Ecclesiæ inferioris non dici de gremio Ecclesiæ, quamuis sit Ecclesiæ inferior in ea ciuitate, in quibus adest ecclesiæ superior. & ad hoc ipsum commendat istam gloss. Felin. in c. si cut in 2. col. de simon.

¶ Ex versiculo vltimo colligitur, legatum relictum canonico alicuius Ecclesiæ, etiam ab extraneo, integre ipsi acquiri, non Ecclesiæ. Aliud tamen dicendum erit, si legatum relictum sit canonicis alicuius Ecclesiæ: nam id Ecclesiæ acquiri adnotauit Bart. in l. 2. ff. de reb. dub. ab illo text. sumens ratione ex eo quod legatum ciuibus ipsi ciuitati relictum censetur. idem Petrus Perusi. in tract. de quarta canonica. ca. 4. vers. Tertio principaliter. hanc etiam opinionem asserit communè esse Barba. cons. 1. vol. 4. col. 6. quam defendit Ludou. Lusita. in d. l. 2. Sed contrariam sententiam, imò legatum relictum canonicis alicuius ecclesiæ, ipsis canonicis acquiri, non Ecclesiæ, probat gl. hic, verbo, nec est. cui similis est in c. Pontifices. l. 2. quæstio. 3. quam dicit ordinariam Abbas in cap. 2. col. 3. de decimis. idem in c. 36. c. 4. de probat. Et probatur in c. per exceptionem. de priuileg. in 6. vbi aliud est eximere Ecclesiam, aliud eximere canonicos Ecclesiæ. Vnde in hac quæstione, legatum relictum canonicis, ipsis competit, non Ecclesiæ, atque hoc ipsum notant Anton. Abb. col. si. Barbat. nu. 23. post alios hic. Socin. in d. l. 2. qui num. 12. hanc opinionem asserit Communem esse: quod etiam fatetur ibi Lusitan. col. fin. Nec obstat d. l. 2. quia ibidem ab ipsis ciuibus tota ciuitas representatur, à canonicis verò non representatur Ecclesiæ, sed simul & à prelato & ab alijs clericis.

Hæc tamen opinio communis est ita intelligenda, vt ipsi collegio canonicorum acquiratur hoc legatum, non canonicis vt singulis, idem sensus Barbat. cui adheret Felin. in c. auditis de præscrip. nu. 24. Abb. & Cardi. hic, q. 10. licet Socin. in d. l. 2. col. penul. post alios, quos ipse refert, tenere velit hoc legatum censerī relictum canonicis vt singulis: quod plurimum refert: nam relictum legatum canonicis vt singulis inter canonicos ex æquo diuiditur, nulla considerata distinctione qualitatum. At si legatum collegio canonicorum est diuidendū eo pacto, quo cetera ipsius collegij bona diuidi solent, & plus vni canonico, quàm alteri datur, habito respectu ordinis sacri, antiquitatis, alteriusve qualitatis, cuiusq; ex statuti ipsius Ecclesiæ consideranda. Imol. hic, nu. 36. Conuenit de iur. inte. Abb. & Imol. ex hoc legato deb. in partem vtrouique hanc esse